



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 2. An his verbis meritum & merces probetur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

[Digna sane res quæstione est, quid causæ habuerit interpres vetus latinus haud paullo melior quam vulgo existimant, cur Matth. 6. 1. verterit, Ne faciatis iustitiam vestram; quod in græcis exemplaribus habetur τὸ ἐλεημοσύνην ὑμῶν. Ad hanc quæstionem sic respondeo.]

Non est dubitandum, quin legerit τὸ δικαιοσύνην. Sic enim habent vetusta quædam exemplaria: nec male. Nam sic licet Ebraeos passim vocabulo iustitiæ abuti pro eleemosyna, hoc est, pro stipe, quæ in pauperum usus erogatur. Elias Levita Thesbite:

Solent nostri Magistri quod pauperibus datur Sedaca nuncupare.

Hinc Cuppha vel Sedaca, id est, cistella siue arcula eleemosynæ. Sed & caput extat in libro παυδίας titulo Al Sedaca, in quo de eleemosyna pauperum. Cæterum huius vocis primam S. Sadic, Syri mutant in Zai. Scribunt enim Zedca, non Sedaca.

Hoc verum: tamen auctores sunt qui iustitiæ vocabulum hic latius accipiunt, nempe pro eo, quod Syri ܕܝܟܝܘܬܐ vocant. Nos probitatem diceremus. Si vere, quis dubitabit, quin vera lectio sit quæ habet τὸ

δικαιοσύνην. Ac suspicari libet initio ita scriptum fuisse: deinde, ut sit, scholion accessisse in margine τὸ ἐλεημοσύνην, quod postea in contextum irreperit: cui rei occasionem potuit præbuisse versus proxime sequens, quod incipit. Quum igitur facis eleemosynam. Scire autem licet Syrum interpretem utrobique ܕܝܟܝܘܬܐ posuisse, ac usum ea voce pro eleemosyna: quod valde roborat scripturam, quæ vulgata libris græcis.]

Ita ille ut merito pudere eos debeat suæ temeritatis, dum celeres sunt ad veterem interpretem reprehendendum, scripturam quæ mutandam, tardi autem ad intelligendam, eiusque præscripto obtemperandum.

§. 3. Iustitia igitur hic legi potest, & si veteres sequimur, necesse est. Frequenter iustitia pro misericordia ponitur apud Hebræos posteriores. Quin 70. vertunt hebræam ܕܝܟܝܘܬܐ interdum δικαιοσύνην, licet proprie sit ἐλεος. Ita Gen. 19. 19. ἐμεγαλύνεις τὴν δικαιοσύνην & 20. 13. & 21. 23. Exod. 15. 13. & 34. 7. Prouerb. 20. 28. 1. Sa. 63. 7.

Piscator olim hanc sententiam probat, ut recte iustitiam verti, & ita in Græco esse existimaret, postea mutauit. Verum obseruandum est etiam si legamus δικαιοσύνην, duplici modo intelligi posse. Primo ut δικαιοσύνην & consequenter iustitiam accipiat proprie, pro virtute quæ absolute iusti dicuntur, seu operibus quæ iustos facit, sic multi orthodoxi & Beza interpretantur. Vt primo generatim iubeat, ne opera iustitiæ fiant ad ostentationem; deinde speciatim ad eleemosynam, orationem, ieiunium descendat. Altero vero ut δικαιοσύνην & iustitia hoc loco accipiantur pro ܕܝܟܝܘܬܐ seu eleemosyna, quem sensum esse in Syro ante diximus. Priorem expositionem, ac ipsam etiam versionem

nem Piscator impugnat: [Cæterum Beza hic multo legere δικαιοσύνην pro ἐλεημοσύνην, & intelligere generaliter de iustitia, seu pietate erga Deum, & primum exercenda: quod genus deinceps per tres species declaratur, videl. eleemosynam, precationem & ieiunium. Et hanc expositionem confirmat ex usu phrasim Hebræam, quæ est facere iustitiam: pro eo quod latine dicitur, iustitiam exercere. Ac mihi quidem sane ista appositio prima fronte arrisit propter elegantiam methodi seu ordinis sententiarum. Verum tamen ut in illa non possum acquiescere, sed recte prælectionem, & expositionem magis probem: factum primum quod (ut ex versione correctâ D. Beza colligitur) in illis exemplaribus non habetur πῶς

δικαιοσύνην, facere iustitiam: sed πῶς τὴν δικαιοσύνην

ὑμῶν, facere iustitiam vestram. at phrasim Hebræam viderata (pro exercere iustitiam) illa est, non ista.]

Fundamentum ergo Piscatoris est. πῶς τὴν δικαιοσύνην, est exercere iustitiam: at libri Beza habent; πῶς τὴν δικαιοσύνην ὑμῶν, facere iustitiam vestram, quod non est phrasim hebræam, exercere iustitiam, sed facere eleemosynam. At vero hic de Græca locutione potius agendum est, quæ cum dicat absolute, facere iustitiam, non video cur non etiam dicat, Facere iustitiam suam, seu, exercere suam iustitiam. non enim mutatur modus loquendi appositione pronominis. Imo Genes. 32. 10. Minor sum, inquit, omnibus miserationibus tuis & veritate tuæ quam explevisi seruo tuo. Vbi in hebr. & græco est absolūtum, ut appareat, facere, seu πῶς τὴν δικαιοσύνην, etiam esse, exhibere misericordiam. & Genes. 21. 23. iuxta misericordiam ܕܝܟܝܘܬܐ, 70. δικαιοσύνην, quam feci tecum. Porro hæc phrasim, facere iustitias suas, πῶς τὰς δικαιοσύνας αὐτοῦ, pro exercere suam iustitiam, vltata est Ea discrepans, & Hebræis Ezech. 3. 20. & 18. 24. πῶς αὐτοῦ παντὶ κρίσει αὐτὸς ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον, ut in hebræo est עָשָׂה אֱשֶׁר אֵשֶׁר בְּדָרְכָּיו בְּכָל הַיּוֹמִים, omnes iustitias eius, quas fecit, ubi dicitur facere iustitias suas, sensus enim est. Fecisse eum iustitias. Nec quicquam obstat, quo minus diceret: omnes iustitias vestras quas fecistis. Concidit igitur illa distinctio; tam enim, iustitiam vestram facere, quam absolute, iustitiam facere, pro exercere iustitiam accipitur.

Alioqui mercedem non habebitis.

QVÆSTIO II.

An his verbis meritum & merces probetur?

§. 1. SI Domini verbis standum est, iam res definita est. Non enim dubitari potest, quin sit promissa merces. Hæc enim inter se connexa sunt. Merces & opus, cui merces soluitur, præmium & labos. Deterret eos à vana gloria: si enim, inquit, ideo opera faciatis, ut videamini ab hominibus mercedem non habebitis. Bonæ enim voluntati operantis, non operi merces redditur. at inde sanè consequitur, fore ut merces detur facienti iustitiam suam, ut Dei gloriæ seruiat. Deinde cum vers. 2. dicit: Receperunt mercedem suam: satis indicat eos qui sincero animo eleemosynam dederunt, non recepisse, ideoque adhuc expectare. Denique cum toties asserit fore ut pater reddat, ܕܝܟܝܘܬܐ, quis dubitat Christum hortari ad bona opera, ut mercedem accipiant? Verba ipsa μισθός, & Syrum ܕܝܟܝܘܬܐ mercedem propriam significant, operum & præmii est manifesta collatio. Operanti ut spectetur ab hominibus, nil Deus reddit, quia non Deo, sed vanitati laborem impendit. Ideo si laudem ab hominibus consecutus est, ἀπέχει τὸν μισθόν, accepit, abit, ܕܝܟܝܘܬܐ dedit, nil illi debetur amplius. Vanitas ergo præmium abstulit, quod manet eum, quicquid in virtutis officio non spectauit. Merces igitur est, quæ intuitu operis à Deo donatur. Pulchre S. Basilus: Τὸ πῶς μὴ δῆλόν τινος ἐστὶν ἀγάπην, ἀλλὰ δῆλόν τινος ἐστὶν ἀνδραγαθίαν, ἑταίρον γινώσκον, οἷον ἀνὴρ ὁ θεοσεβίας ἑταίρον ἐυλοῖται, ἀλλὰ ἀνδραγαθίας, ἢ φιλοτιμίας, ἢ φθόνου ἢ πόνου τοιούτης αἰτίας ἔχει τὸ κερμαίνει καὶ ἀδικίας ἔργον τὸ τοῦτο ὁ κύριος ὀνομάζει. Quod enim non ex caritate Dei, sed ob humanam gloriam agitur, qualescunque sit non habet laudem pietatis, sed desiderii hominibus placendi, vel contentioni, vel inuidia, vel similibus causa condemnationem; quocirca & opus iniustitia Domini vocatur.

§. 2. Veritate victi aduersarii, mercedem, & præmium

Adamas Guter
in
+ Evangelia
Cvi
18

Bonum opus ex malo sine damnable.

mium dari concedunt; verum Beza, alique *κατα-
κατα* accipi volunt. Bullingerus moderatius agit.
Merces o- Tunc vero pater celestis, qui sobrio & pio delecta-
peri da- tur affectu, in propatulo abundantissime, inquam,
tur. palam, & in ipsa die iudicii, in magno illo cætu, &
theatro totius mundi & omnium mortalium, repen-
det tibi tuam beneficentiam. Id quod ei opposuit
quod dixerat, Amen dico vobis, habent mercedem
suam. Cui autem vacat, conferat inuicem præmium
quod accipitur ab hominibus, & quod piis cultori-
bus confertur à domino. Testatur item hic locus
bono operi suum esse præmium paratum, quod qui-
dem ipsum S. Augustinus religiose appellauit gra-
tiam.]

Verum nos quoque in mercede gratiam, & ipsam
mercedem gratiæ tam dicimus: sed tamen ex debito,
non vi operis boni, sed voluntate Dei pollicentis. Is
Meritum supra omne meritum, sponte gratuita misericordia
ex gratia promittens, mercedem constituit, ut ex pacto esset de-
promisso, bita, idque faciendo, etiam meritum fecit; quod sine
bono opere. promissione nullum erat.

VERSUS 2.

*Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba
canere ante te, sicut hypocritæ
faciunt in synagogis & in vicis,
ut honorificentur ab hominibus:
Amen dico vobis, receperunt mer-
cedem suam.*

QVÆSTIO I.

An tuba canerent hypocritæ?

Tuba popu- §. 1. Indicari & reprehendi in illis inanis gloriæ stu-
li conuoca- dium existimat Chrysostomus, non quod reue-
bantur. ra tuba cecinerint, sed quod ita eleemosynas darent,
ut omnibus ebuccinarent liberalitatem. Videtur au-
tem proverbio dici. Ad tubam facere, vel tuba edice-
re. Solebant tuba populum conuocare, castra moue-
re. Num. 10. 2. & seq. ita ergo hypocritas facere al i ar-
bitrantur Eu. hym. Lyræ. Strabus, Franciscus Lucas,
alii recentiores. Non enim sensus est; histriones thea-
tricos tuba conuocare populum, id non faciendum
esse illis, qui eleemosynas faciunt. Per hypocritas e-
nim intelligit non comedos, aut tragædos, sed Phari-
sæos, aliosque qui superante auaritia superbia,
pauperes tuba conuocabant, prætextu liberalitatis,
sed reuera ostentatione, & gloriæ studio. Id eis in mo-
re positum fuisse, inde colligo; quod Christus eos hoc
egere dicat; quemadmodum enim in angulis platea-
rum stabant orantes, & facies exterminabant, ut vide-
rentur hominibus ieiunantes; ita hic quoque tuba can-
nunt. Nec enim vim exemplorum enumeratio habere-
ret, nisi crebro in omnium oculos incidissent. De-
inde agebant illi ista, ut viderentur, & hoc versu di-
citur *ὅτι οὐκ ὁδοῦ ὄντων*, honorificentur ab hominibus,
quod in histriones theatricos non conuenit, uerum
illi spectabant; contemtos enim se esse non ignora-
bant. Optime ista congruunt cum S. Augustini expo-
sitione, l. 2. f. 11. in monte. Noli, inquit, sic velle inno-
tescere ut hypocritæ. Manifestum est autem; hypocritas, non
quod oculi prætendunt hominibus, id etiam corde gestare. Sunt
enim hypocritæ simulatores tanquam pronuntiatores persona-
rum alienarum sicut in theatricis fabulis. Non enim qui agit
partes Agamemnonis in Tragedia, verbi gratia, siue alicuius
alterius, ad historiam vel fabulam quæ agitur pertinentis, vere

*Hypocritæ
Pharisæi.*

*Hypocritæ
aliud agit,
aliud cogi-
tat.*

ipse est, sed simulat eum, & hypocritæ dicitur. Sic in Ecclesia;
vel in omni vita humana, quisquis se vult videri, quod non
est, hypocritæ est. Simulat enim iustum, & non exhibet, quia
totum fructum in laude hominum ponit quam possunt etiam
simulantes percipere, dum fallunt eos quibus videntur boni, ab
eisque laudantur. Sed tales ab inspectore cordis, Deo mercedem
non capiunt, nisi fallacia supplicium. Ab hominibus autem,
inquit, perceperunt mercedem suam.

§. 2. Pro tuba in Syro est *κάρνα* Karna, cornu seu
buccina. In Græco est *αὐτὸς ἀνέξων*, quod est tuba canere.
Nam *αὐτὸς ἀνέξων* tuba est ex ære, argentea. Verum Tuba &
omnia consideranti, non modo tuba, & buccina apud Græcos
Latinos, sed etiam *κάρνα*, & *αὐτὸς ἀνέξων* apud Græcos differant,
confunduntur. Nam quod buccinam ex cornu, tubas & cornua
ex ære, vel metallo factas putant, quod Apuleius l. 3. dicitur
Tubam esse buccina significatu longinquiorem re-
ferre, nescio an omnibus probetur. Veg. l. 3. c. 5. Tuba,
quæ directæ est appellatur: Buccina quæ in semetipsam ære cir-
culo reflectitur. Et l. Metamorph. Buccina sumitur, quæ
Littora voce replet, sub viroque iacentia Phæbo.

Verum clarissime confundit S. donius in Narbone.

Tandem murmure buccina strepitus,
Suspensas tubicen vocans quadrigas,
Effudit celeres in arua currus.

Tubam quoque æneam fuisse dubium non est, apud
Poetam enim

Tuba commissos medio canit aggeres ludos.

Ex more Romano loquitur. Aneatores fuisse constar
ex Ep. 84. Seneca. Caneat aeneatoribus cinctæ est. Sic
& *κάρνα* Græci usurpant, & latini cornua. Ouid. *Helena*

Non tuba directæ, non aris cornua flexi. Non nego
distingui, imo iungi aliquando. Tacit. l. 2. occidere
cornua, tubasque. & Athen. lib. 4. *Τυγνηνὸν δὲ ἐστὶν
ἐνερμα κερὰ τὴν καὶ αὐτὸς ἀνέξων*. Tyrrenorum inuentum
est, cornua, tubasque. Ita inter se quoque confecti sunt
Hebræi *שֹׁפָרוֹת* Schopharoth, quæ erant è cornu.
Ios. 6. & *שֹׁפָרוֹת*, quæ erant è metallo, Num. 10. 2.
at *שֹׁפָרוֹת* Græci frequentissime vertunt *αὐτὸς ἀνέξων*, Ex-
xod. 19. 16. Levitic. 25. 9. Psalm. 46. 5. & 150. 3. mul-
tisq; aliis locis. Sæpe etiam *κέρων*, at vero *κάρνα*
non memini vsipiam aliter, quam *αὐτὸς ἀνέξων* verti à se-
ptuaginta. Chald. etiam retinet idem vocabulum,
qui tamen Daniel. 4. ubi textus est antiquus Chal-
dæi idiomatis in edicto regis Tubam semper vocat
κάρνα Karna, cornu: aeneas tubas nihilominus fuisse
puto.

§. 3. Ne hic quidem locus sugillatione sectatorum
caruit. Bullingerus ita calumniatur. [Non abli-
mili figura hodie quoque dicimus ebuccinare laudes, & calu-
pro eo quod est large prædicare, & amplissime efferre Bulling-
alicuius laudes. Inuenit & sacerdotum auaritia, & ri-
populi stulta arrogantia modum etiam nostro sæculo,
quo liberalitas palam celebraretur in Ecclesia. Nam
si quis strenue rapuisset, fraudasset, atque oppressisset
innocuos, is demum benigne, ac liberaliter donabat
Ecclesiæ amplissimas aedes, fundos vberes, ac magna
auri & argenti talenta.]

Respondemus; ad donationes Ecclesiarum non
posse admitti rapinas, aut furti; omnia enim antiquis
dominis, aut hæreditibus esse restituenda. Eorum ve-
ro liberalitatem, qui vel sc. holis, vel Ecclesiis insti-
tuendis, vel xenodochiis aliendis opes impenderunt, siepe
inuide deprimere, nec esse ingenuum, nec hominis
grati. Quamuis enim illi ista non donarint, ut lauda-
rentur, virtutem tamen laudare alienam magnæ vir-
tutis est, optimique exempli. Nam & in aliorum bo-
na vita laudatur is, cuius ille templum est, & laudan-
tibus utilis est alienæ virtutis admiratio. Non enim peri-
Dominus prohibuit, ne recte fiat eorum hominibus, laudanda
sed ne ob id recte fiat, ut videamur ab iis.

Laus